

Fotocopia Bolla papale di Adriano IV datata 22 giugno 1155 pubblicata da:

G. Deambrogio, I Blandrate Longobardorum Natione, Estratto dal "Bollettino per la Provincia di Novara", an-

7

magna persona audeat eos in toto, vel in parte disvestire, molestare, vel aliquo modo inquietare, aut etiam in placitum vocare nisi in presentia Regiae Majestatis, quod si quis quod absit presumpserit Regio Banno subiciat in Centum Libris Auri purissimi in compositione persolvat medietatem Camerae nostrae, alteram in prenominitis fidelibus nostris, et eorum Heredibus, quod ut omnia in posterum ratum et inconuissum permaneant presentem paginam ex inde conscriptam sigilli nostri impressione Communimus, Adibitis fidelibus testibus quorum nomina sunt haec Peregrinus Aquilegiensis, Patriarca Genesensis Archiepiscopus Evericus Bavemberg Episcopus, Henricus Dux Saxoniae, Bertoldus Dux Burgundiae Otto Palatinus Bavariae Hodator Marchio Sturiae Hermanus Marchio Veron. Comes Bertoldus de Audex Signum D.ni Federici Locus signi Ego Arnoldus Colonensis Archiepiscopus, et Italiae Regni, Archiecancellarius recognovi, datum in obsidione Tardonae, calld. Marcij Anno Dominice Incarnatis Mill.mo centes.o quinquagesimo quinto Indictione quarta, Rege glorioso anno vero Regni eius quarto.

II

Adrianus servus servorum Dei dilectis filiis nostris Bonifacio et Jo.e Fratribus de Blandrate Longobardorum natione in Italia diocesis Vercellensis salutem et Apostolicam benedictionem exigentibus dilectionis vestrorum meritis notis vestris benigniter annuimus, et petitionibus vestris quantum cum Deo possumus favorabiliter exaudimus cum igitur sit lecta coram nobis vostra petitio continebat sicut Carissimus in Christo filius noster Federicus Rex Romanorum illustris vobis Heredibus, que vestris omnia viva Dominia, quae in Castro, Villa, et vicinantijs montis sive Montis Bruardi cum appenditijs honorantijs pertinentijs servitutibus redditibus et alijs spectantibus, et pertinentibus usque ad fines et territorium Insangardae, Candelij, montis Luorij Castellenghi, Cossaldi, Lessone, Messerani, Ruasende, Badalochi, Castri Buruntij, Saluzolie, Puliatij termini Villanove, Massazie, et Banae, cum omnimodo potestate gladij, et Signoria ac de iure Patronatus Eligendi, presentandi, constituendi priores, ministros, Presbiteros, et Clericos Ecclesiarum Monasterij S.ti Petri de Castelletto, Sancti Jo.es de Castro, Sancti Martini de Giflenga, S.ti Thome de Castelletto, Sancti Vincentij S.te Marie de Buzo-